Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

sanctissime conseruetur. et per eum caritas primi
non spernatur. sed indies augeatur. et peccati
accusatione dignum ex toto conatu vitetur.
et vt eius exemplo ceteri possint proficere. et verbum
dei delectabiliter audiatur atq; doceatur. nec ex
bonis operibus gloria mundi queratur. sed omnia
ad laudem dei omnipotentis referantur. Ex quo
igitur eius vite sanctitas vtilis fuit ad aliorum in
formationem. quinimo etiam post mortem. et fide
les ecclesie eius patrocinio multa preceperunt.
et sic deus multam gloriam cum eo fecisse affirma
ri intrepide deberet. censendum est satisfactum fore
auctoritatibus superius deductis. et a fructibus
eius iudicandam esse ipsius pij leopoldi veram san
ctitatem. abstinentis scilicet a malo et facientis
quod bonum est. iuxta verbum veritatis. de
quo mathei septimo. :-

¶ Septimum .:-

Offert septimum videlicet circa famam
celebrem eius pij leopoldi et gloriosam
inueteratam et perseuerantem. quo sm
petam non aliud velocius vllum nobi
litate viget viresq; acquirit eundo. Que op ide est
communio optimo. et estimatur publica vox et fir
ma credulitas. vt no. in. l. i. C. de infa. et in auten.
de test. §. sancimus. et per archi. c. fi. de pactis. li.
vi. facit. l. quisquis. C. de postulando. l. eos. et. l.
quoniam. C. de appella. Dico similiter precipue
attendendum pium leopoldum de cuius canonisa
tione agitur dici posse de delere fama super ethe
ra notum. Fama equidem ex bonis moribus forma
ta. vt in auten. de here. fal. in. §. si vero absunt.
que quidem fama pro veritate est habenda. l. i. ff.
de peti. here. et dici posset quod prevalere debet veritati
per. l. vulgaris. in. §. si is qui. ff. de furtis. Quo
niam temere fama nasci non solet. quin subsit ali
quid. vt ait cicero in rhetorica noua. Et quia qua
lis vere vita hominum talis est fama. maxime
quando nequaq; obscurior annis multis subsequentibus

ata
q quadr e gis
optimo